



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Lycurgus. Capvt XXX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

obijicit Philenicus: sed suauis magnitudine, & verecunda grauitate totum orationis corpus dispensat, nec ubique eodem modo colorat. Qui tristiam lenitatem obijicit, Hieronymus, vide se debuerat, ea esse floscas argumenta, que sedatae requirant orationem; quod si alij feceret, insaniret, & ad trapenduros, illud, quod tantopere exagitatur a Longino, accedet.

Iſaias.

## CAPUT XVIII.

Dionysius  
tribuit illi  
dictionem  
parvam ac-  
curasim,  
perspicuum,  
proprium,  
omnidentem  
& cōcīsum.  
uadepā.  
ēpīcū, vī-  
pīcū, vī-  
vīcū, vī-  
vīcū.

**I**saeus genere Chalcidensis, Athenas profectus Lysias operam dedit, & ex eius schola politus in forum venit, verborum cōcīsum, & vi decendi p̄ceptori non dissimilis: quo sit, vt non facilē discernantur viri usq; orationes, nisi, quod ait Dionysius Halicaenaeus, Lysias concionibus gratia quædam sparsa afflorescat: orationes reliquit sexaginta quatuor, ex quibus extant adhuc decem. In nulla re mihi videretur illustrior, quam quod Demosthenē instituit.

Aeschines.

## CAPUT XXIX.

**Q**uis Mirmilloni componitur & qui manus? Trax (inquit Horatius) quis Demostheni? Aeschines: hos enim, quasi par gladiatorum comparat M. Tullius: A me (inquit) vt maximis minima conferam gladiatorum par nobilissimum inducitur Aeschines, tanquam Eserminus, vt ait Lucilius:

No spurcus homo, sed doctus. & acer.  
Cum Pacidiano componitur, optimo longe  
Post homines natos. vel vt Afranius habet:  
optimus mulier.

Post homines natos, gladiator quis fuit unus.

Nihil enim illo oratore cogitari posse diuinus, qua verba male Henricus Stephanus, vir aliqui eruditus, tribuit Aeschini: nunquam cum diuinum oratorem dixit Cicero, sed Demosthenem: ideo cum Esermino Aeschinem comparat, qui Placidianno longe erat inferior; nam (vt ex Luciliis verbis apparet) Eserminus spurcus homo nominatur. Placidiinus longe optimus post homines natos. Eadem similitudine vultus est M. Tullius, cum in causa Gabini, Pompeium violentum, & vt ait ipse, syllatum est, cum Esermino: se vero illi oppositum cum Placidianno confert: Non putas (inquit) ubi

Pompeius, de illius salute, sed de sua dignitate mecum est certamen: in urbem introiit, ad iniunctias res venisse; cu Eserni no Santi e Placidianus comparatus videret: articulam fortasse mordicus abstulisset. Perperam quoque Erasmus, in adagio, ait fusile gladiatores per omnia pares: In dissimili enim genere, licet simul cōpositos fusile, & Luciana, & Ciceroniana declarat. Sit igitur Eserminus Aeschines, qui, vt ait Dion. Halicarn. ἀγονάτερος ἦται Δικαιότερος, οὐ τὸν δικαιοῦ πομπαῖος θεα καὶ δεσμος, καὶ οὐ πάντα πέμπειν, τὸν τὴν πάρα τὸ φύσιος εὐχερεῖα κεχορηγμένος, καὶ σφρόδερος Σωτῆρος, καὶ βαρύς, καὶ αἰσθατίος, καὶ πίκρος. Et, vt censem Fabius Quintil. plenior Aeschines, & magis fusus, & grandior similis quod minus strictus, carnis tamen plus habet, minus lacerorum. Certè Cicero, vt vim Demostheni, suavitatem Iosocati, Lysiae subtilitatem, acumen Hyperidi, sonitum Aeschini tribuit, & recte: Ego si licet, quod sentio, dicere, hominem arbitror ex histrionia profectum, & naturæ viribus satis incitatum, canorum fusile legueium, magnum oratorem non puto. Anonymus aliquis author Græcus Demosthenem cum Aeschine perpetua antithesi conferens, Hunc cruentem lacerat, illum profusè laudat. Vnde in elegio ad Demosthenem.

*Judicium*  
*Dion. de*  
*Aeschina.*  
*Idem ab*  
*Hermogenes*  
*L. de Ideis*  
*dicitur copi-*  
*sis, et quod*  
*pos.*

*Anonymi*  
*iudicium*  
*de Aesci-*  
*ne.*

Lycurgus.

## CAPUT XXX.

**L**ycurgus orator non ex Rhetorum officina, sed ex Platonis schola processit ad Reipub. gubernacula, quam & bonis legibus informauit, & vario locupletauit ornamenti. Vir fuit grauis, opulentus, prudens, equitatis laude supra caeteros omnes praestansissimus: Quippe Lycurgum apud populum nominasse, magnum subsidium patrōne videbatur. & hanc iustitiae famam iam constanter seruauit, vt appetente iam morre, sc in senatum deferri curaret, quo rerum suarum gestarum rationem redderet: quod cum grauitate, & sancte fecisset, vius Menechmus inuentus est, qui redargueret, cuius criminationes cum refutauerit, dominum reductus excelsi est vita. Atheniensi populo periueundus, Alexandro peritus fuit: cuius & ποτεστώτη cum audisset, Deum iridebat, & cu us templo egredienti: us, aqua iuxta opus esset. In stylo: Εσι δια παντός θυετήσεος, καὶ διηγεύθετο, καὶ σεμνός, καὶ ὅλος κατηγορ.

Dionys.

*Plat. in*  
*lo. orat.*

C 2 nos.

ρινός, καὶ φιλολόγης, οὐ παρόντας τούς, οὐ μέν  
άστεις ἡδὺς, διὰ ταναχτίς, τούτοις χρήσθωσι  
μάλιστα τὸς διερύσεις. Est ubiq; fufus, elatus,  
gravis, & rotus accusatorius, veritatis amans,  
& in dicendo magna libertate, non est urbanus,  
aut suauis, sed serius, & ad grauitatis exemplar, omnibus propositus.

Hyperides.

## CAPVT XXXII.

**C**Vm Lycurgo floruit Hyperides Orator non ignobilis, qui Rempub. eo tempore administrabat, quo Antipater rerum potitus est, quem cum eius legati apud Athenienses miris efficerent laudibus, & optimum identidem appellarent. *Nouimus (inquit) Antipatrum Hyperidis optimum, sed Domino optimo nihil nobis opus est.* acumen. Tandem cum in eius venisset potestatem, tortus sibi linguam dentibus concidit, ne consilia Reipub. proderet; & hostis libidini vitam tradidit. Fertur tanta fuisse dicendi copia, & venustate, ut à multis Demostheni anteponatur, à Dionysio Halicarnasseo iudicatur, *χαρίτος μεστός, καὶ δοκῶν ἀπλούς, οὐδὲ πηλόν.* *κακταρδενόντας.* Veneribus affluens, qui cum simplex videatur, vi, & grauitate nō caret: à Quintiliano dulcis imprimis, & acutus memoratur; sed minoribus caussis utilior, aut certe magis par. Quod si numero, non veritate (*inquit Longinus*) *perfectiones* Oratoris pondentur, rebus omnibus Demosthenem superabit: est enim eo vocalior, & plures virtutes habet, penè summus in omnibus, instar quinquerionis: Nam præterquam, quod omnes, compositione tamen excepta, imitatur Demosthenis virtutes, etiam Lysiacas Veneres eximias habet: quippe molles facit orationis commissuras, neque omnia eodem ordine, tenoreque, vt Demosthenes dicit, sed mores exprimit cum suauitate tenuiter condita. Incredibiles sunt in eo urbanitates, excelsa generositas, Ironiae aptæ, sales non infaci, nec secundum Atticos illos, remoti, multum comici leporis, & cum sagaci ioco stimulus, & inimitabilis in omnibus venustas. In mouenda ve- rō miseratione acer est, & sibi instans, in fabulis exponendis fufus, in narrationibus fluens, in pompis summus, ad summum in omnē partem flexibilis. Hac de Hyperide Longinus. Hermogenes tamen in eo arguit. μὴ αφόρετο τῷ καθαρῷ τε καὶ ἡδικῷ καλέσαιντες. *Hermogenes.* Quod morum non habeat ad eum puram temperiem, & in verborum delectu sit negligenter.

Dixit.

Demosthenes.

## CAPVT XXXI.

**M**anibus date lilia plenis; hic est Demosthenes: dixi omnia; quid requiris? Ignora-  
an sole colluctetur mundus, qui Demosthenē  
ignorat: huius commemorato nomine, sta-  
tum maxima eloquentia consummatio audi-  
entis animo oboritur, nec immeritò s. cunctos  
enim illos Atticos tenues, & circumspectos,  
vi, sublimitate, impetu, cultu, compositione su-  
perauri, nihil Lygia subtilitate cedit, nihil ar-  
gutiss, & acuminis Hyperidi, nihil lenitatis AE-  
schini, & splendore verborum, nihil acutæ inue-  
niri potuit in eis causis, quas scripsit nihil (vt  
ita dicā) subdolè, nihil versutè, quod ille non  
viderit: nihil subtiliter dici, nihil pressè, enu-  
ciale, quo fieri possit aliquid limitatus: Om-  
nes, vt in Iride colores, sic in Demosthenē vir-  
tutes, λαυτρός εστὶν τῷ μεγίστῳ, σφρός ἐ<sup>τῷ πνευματικῷ</sup>, σφρούσατο τοῖς τονοῖς.  
τῷ εὐρέτερῳ, ποικιλάτῳ τοῖς σταλλαγαῖς τῷ  
σχημάτῳ μένος γέτε τῷ πλούτῳ τοῦ υχού σφρού-  
σατον πατεῖχε τὸ λόγον, solus Oratorum ha-  
buit animatam, nō malleo fabricatam orationē. Ad summum, cum Clemente Alexandrino co-  
cludamus: si quis Illyriacho studierit, agricola-  
bit: si Lampredi, nauclerus: si Charidemo, Im-  
perator: si Simoni, eques: si Crobylo, coquus: si  
Perdici, capo: si Archelao, saltator: si Homer, poëta: si Pyrrhoni, vitilitigatus: si De-  
mostheni, orator: si Chrysippo, dialecticus: si Aristoteli, physicus: & philosophus, si Platoni: si Christo, τῷ τοῦ σολελέγατην εἰκόνα θε-  
δαστικά τοι παριπεπολῶν δεῖ, ad imagi-  
nem magistri perficietur in carne circum-  
iens Deus. Hac summi authores de Demo-  
sthenes, sed nos pleniū eius vita, & virtutes in  
Cicerone examinabimus.

Val. Max.  
L. 8. c. 6.

Quint. I.  
12. c. 10.

Cicerone  
Orat. &  
Bruto.

Vox patet eorum

Leosthenes  
apud Lu-  
cian. in  
encom.  
Demosth.